

quomodo fuerit dissimilitudo? Et fecit Deus hominem²⁷. Non, Fecerunt. Vitavit hoc loco personarum multitudinem. Postquam autem per illa erudivit Judaeum, per haec vero errorem gentilium exclusit, tuto recurrit ad unitatem, ut et Filium cum Patre intelligas, et periculum multitudinis deorum effugias. In imagine Dei fecit ipsum²⁸. Rursus personam ejus qui secum simul operabatur, introduxit. Non enim dixit: In imagine sui ipsius; sed, *In Dei imagine*. In quo autem praeferat Dei imaginem homo, et quo pacto similitudinis ejus sit particeps, in sequentibus, Deo dante, exponemus. Nunc autem id solum dicatur, si una est imago, unde tibi in mentem venit impietatem tam intolerandam prosteri, ut Filium Patri dissimilem dicas? O ingratum animum! quandoquidem similitudinem eam, cuius factus es particeps, beneficii auctori non rependis, et ea quae dono concessa sunt, tibi ipsi quidem propria manere putas, sed non sinis habere Filium cum genitore acceptam a natura similitudinem. Verum nobis silentium indicit tempus alvesperans, quippe quod jamdudum solem ad occidentem demiserit. Hic igitur et nos dictis contenti, orationem consopiamus. Nunc quidem quantum studio vestro excitando satis fuit, sermonem attigimus: sed perfectiorem rerum propositarum inquisitionem in consequentibus, Spiritu sancto adjuvante, adhibebimus. Abite exultantes, amans Christi concio, et omnis obsonii sumptuosi et variorum condimentorum loco, eorum quae diximus memoria honestas vestras mensas instruite. Confundatur qui dissimilitudinem inducit: pudore afficiatur Judaeus: gaudeat pius dogmatibus veritatis: glorificetur Dominus, cui gloria et imperium in saecula saeculorum. Amen.

A σῇ (77)· Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἔν ἐσμεν, καὶ, Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα· ταύτῃ λέγει· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν. "Οπου μία εἰκὼν, ποῦ τὸ ἀνδριόν; Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον. Οὐχὶ, Ἐποίησεν. "Ἐφυγεν ἐνταῦθα τὸν πληθυσμὸν τῶν προσώπων. Δι' ἐκεῖνων μὲν τὸν Ἰουδαῖον παιδεύων, διὰ τούτων δὲ τὸν Ἑλληνισμὸν ἀποκλείων, ἀσφαλῶς ἀνέδραμεν ἐπὶ τὴν μονάδα, ἵνα καὶ Υἱὸν νοῆς μετὰ Πατρὸς, καὶ τῆς πολυθεῖας ἐκφύγης τὸ ἐπικίνδυνον. Ἐν εἰκόνι Θεοῦ (78) ἐποίησεν αὐτὸν. Πάλιν τοῦ συνεργοῦ τὸ πρόσωπον παρεισήγαγεν. Οὐ γάρ εἶπεν, Ἐν εἰκόνι ἔσωτον, ἀλλ', Ἐν εἰκόνι Θεοῦ. "Ἐν τίνι μὲν οὖν ἔχει τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ ὁ ἄνθρωπος, καὶ πῶς μεταλαμβάνει τοῦ καθ' ὄμοιωσιν, ἐν τοῖς ἐφεξῆς, Θεοῦ διδόντος, εἰρήσεται· νῦν δὲ τοσοῦτον λεγέσθω, ὅτι εἰ μία εἰκὼν, πόθεν σοι ἐπῆλθεν ἀφόρητα δυσσεβεῖν, ἀνδριόν λέγοντες τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ; "Ω τῆς ἀχαριστίας! ἦς μετέλαθες δύοιστης, ταύτης οὐ μεταδίως τῷ εὑεργέτῃ; καὶ σαυτῷ μὲν κύριᾳ μένειν τὰ ἐκ τῆς χάριτος παρασχεθέντα (79) νομίζεις, τῷ δὲ Υἱῷ τὴν ἐκ φύσεως δύοιστητα πρὸς τὸν γεννήσαντα ἔχειν οὐκ ἐπιτρέπεις; "Αλλὰ σιωπὴν γὰρ ἡμῖν ἐπιτάσσει λοιπὸν ἡ ἐπιέρα πάλαι πρὸς δυσμάς τὸν ἥλιον παραπέμψασα. Ἐνταῦθα δὴ οὖν τὸν λόγον καὶ ἡμεῖς κατευνάσωμεν (80), ἀρκεσθέντες τοῖς εἰρημένοις. Νῦν μὲν οὖν οἵσον διεγείραι ύμῶν τὸν ζῆλον τοῦ λόγου παρηφάμενα· τὴν δὲ τελειοτέραν περὶ τῶν προκειμένων ἔξετασιν ἐν τοῖς ἐξῆς ἀποδώσομεν τῇ συνεργίᾳ τοῦ Πνεύματος. "Απιτέ (81) μοι χαίροντες, ἡ φιλόχριστος ἐκκλησία, ἀντὶ παντὸς ὕπου πολυτελοῦς καὶ των ποικίλων καρυκευμάτων τῇ μημη τῶν εἰρημένων τὰς σεμνὰς ύμῶν κατακοσμούντες τραπέζας. Καταυγυνέσθω ὁ ἀνδριός, ἐντρεπέσθω ὁ Ἰουδαῖος, ἀγαλλέσθω τοῖς δόγμασι τῆς ἀληθείας ὁ (82) εὐαερής, δοξαζέσθω ὁ Κύριος, φῶ τὴν δόξαν καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰώνας τῶν αἰώνων. Αμήν.

MONITUM.

89 Basilius in *Psalmos* orationes post Opus sex dierum edendas esse judicavimus. Visum est enim Scripturam a Scriptura non separare. Quod si utrasque orationes et in *Hexaemeron* et in *Psalmos* inter se comparare volumus, non negabo quidem priores posterioribus longe apud antiquos fuisse celebriores: sed non facile concedam utiliores esse. Et ut semel dicam quod sentio, eloquentia si spectetur atque varietas argumenti, patiar *Hexaemeron* anteponi; si fructus atque utilitas, non item.

Psalmos paucos interpretatus est Basilius, aut certe paucorum interpretationem ad nos usque pervenisse

²⁷ Gen. i, 27. ²⁸ ibid.

(77) Sic codices tres. Editi ζώσῃ τε καὶ εἰπούσῃ· Ἐγὼ τε καὶ ὁ. Consentit textus sacer cum mss.

(78) Ἐν εἰκόνι Θεοῦ· ubi LXX significantius γενετερά εἰκόνα Θεοῦ.

(79) Reg. quintus σοι παρασχεθέντα. Subinde editi τῷ δὲ Κυρίῳ τῇ. At sex mss. τῷ δὲ Υἱῷ τῇ. Infra Reg. primus εἰς δυσμάς.

(80) Reg. quintus καταπιπτώμεθα, Reg. 3 κατα-

παντωμεν. Editi cum aliquibus mss. ut in textu.

(81) Editi ἀπίτε γοῦν. Deest γοῦν in nostris sex mss. et in Bodl. Et quidem particula γοῦν eo magis suspecta videri debet, quod Basilio nequaquam familiaris sit.

(82) Colb. secundus δόγμασι τῆς ἐκκλησίας δ. Statim idem codex κράτος, ή τιμὴ καὶ προσκύνησις εἰς.

constat. Mihi quidem dubium non est, quin gravissimus Pater et alios psalmos interpretatus sit, cum vix possit afferri ratio, cur hos quos habemus exposuisset unos : sed tamen iis assentiri non queo, qui argumentum certissimum atque evidenter ex interpretatione psalmi septimi et tricesimi peti posse arbitrantur. Quod enim aiunt (83), citari in hac interpretatione explanationem psalmi sexti, nec tamen eam usquam comparere, id futile est omnino et inane. Illa enim psalmi tricesimi septimi interpretatio, uti ostendemus, Eusebii fetus est, non Basili. Praeter hos quos habemus psalmos, citari et alios a Metaphrasta haud ignoramus : sed Metaphrastæ in litteris auctoritas ea non est, quam cæco impetu sequi cogamur.

Circumferuntur nomine Basili decem et septem *Orationes in Psalmos*. Sed fere convenit inter doctos, alteram in vicesimum octavum psalmum homilia ad eum minime pertinere : sed opus esse plagiarii, vel potius studiosi cujuspiam, qui se exercere, et Basiliū imitari voluerit. Oratio quoque in septimum et tricesimum psalmum suspecta quidem visa est Combefisio : sed noluit quidquam statuere, aut pronuntiare. Potuisse tamē, cum oratio illa, ut monuimus, auctorem habeat non Basiliū, sed Eusebium. De his fusius in Præfatione.

Reliquæ quindecim orationes pro genuino Basiliī fetu habentur ab omnibus. Me quidem magnopere tot eruditiorum virorum commovet auctoritas : sed ne in eorum sententiam concedam, prohibent multa, eaque gravissima. Res autem inquisitionem longiorem diligentioresque cum postulet, id commodius multo in præfatione generali præstabimus. Dicam obiter, orationes, quæ vere Basiliī sunt, ad populum habitas esse. Inque conventu publico pronuntiatas, et quæcumque hanc notam p̄ se non fert, eam ob id solum suspectam videri debere.

Legenti mihi id opus, quod edendum curavit vir doctissimus Balthasar Corderius, occurrit difficultas haud exigua. Nam maximam partem eorum quæ in Commentario Theodori Heracleotæ legebam, compertibil aliud esse, nisi ipsam Basiliī in *Psalmos* explanationem, idque ad verbum. Verebar una ex parte, Commentarium illam Theodoro adimere, ob veterum librorum auctoritatem, ad quorum fidem hoc ei opus tributum est : ex altera, oratorum optimum Basiliū furti dedecore atque infamia aspergere non poteram. Sed non diu suspensus fui et incertus. Nam statim agnovi Commentarium eum qui nomine Theodori circumfertur, Theodori unius opus non esse, sed multorum, Origenis, Eusebii, Basiliū ipsius, Didymi, Joannis Chrysostomi, Theodoreti, etc. Uno verbo, constabit ex præfatione, Commentarium hactenus Theodoro Heracleotæ attributum in Catenarum numero reponi merito posse. Ex quo fit, ut Basilius noster longissime ab omni expilationis furtique suspicione abesse debeat.

Jam si quispiam querat, quo tempore, quo loco habitæ sint illæ Basiliī in *Psalmos orationes*, respondere promptum non erit. Vix enim ea de re certi quidquam statui posse arbitramur. Malumus autem de rebus silere, quam falsum aliquid aut incertum pronuntiare.

Nemo paulo humanius nescit, Ambrosium, cum suos in *Hexaemeron* libros scriberet, permulta ad verbum e Basilio sumpsisse. Sed non ita notum est, eum hoc idem fecisse, cum psalmos quosdam interpretaretur. Nec cuiquam id mirum videri debet, cum Ambrosius in explanandis Psalmis non multa admodum a Basilio mutuatus sit. Quoniam tamen non desunt quibus jacundum sit et gratum cognoscere quid alias scriptor ab alio sumpserit, illa Ambrosii loca, quantulacunque sunt, suo loco adnotare non pigebit.

Videre est in Latinis editionibus quædam in *Psalmos* Scholia, quæ Basilio tribuuntur; sed de iis longius disserere necesse non videtur. Notum est enim ea epitomen esse e Chrysostomi et Theodoreti libris male consarcinata. Cum ergo ea Scholia in spuriis atque adulterinis poni oportere fateantur omnes, id semel notasse satis habebimus, nec usquam amplius de iis mentionem ullam faciemus. Nam in rebus perspicuis tempore abutendum et argumentis non putamus (84).

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

SANCTI PATRIS NOSTRI

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ,

BASILII,

Ἄρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας,

Cæsareæ Cappadociæ archiepiscopi,

ΟΜΙΛΙΑ ΕΙΣ ΤΟΝ ΠΡΩΤΟΝ ΨΑΛΜΟΝ (85).

A HOMILIA IN PSALMUM PRIMUM.

1. Ήσσα Γραφή θεόπνευστος καὶ ὡφέλιμος, διὰ τοῦτο συγγραφεῖσα παρὰ τοῦ Πνεύματος, ἦν, ὥσπερ ἐν κοινῷ τῶν φυχῶν ιατρεῖψ, πάντες ἀνθρώποις τὸ ίαμα τοῦ οἰκείου πάθους ἔχαστος ἐχλεγώμεθα. *"Ιαμα*

90 1. Omnis Scriptura est divinitus inspirata atque utilis²⁹, ideo a Spiritu sancto conscripta, ut velut in communī animarum curandarum officina, nos omnes quotquot sumus homines ad nostrum

²⁹ II Tim. iii, 16.

(83) Tillem. pag. 290.

(84) Cf. cap. 41 Vitæ S. Basiliī tom. I. Edīt.

(85) Sic mss. At editi εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ πρωτοῦ φάκεοῦ.

morbum sanandum medelam seligere possimus. A *Medicina enim*, inquit *Scriptura*, *sedabit peccata magna*³⁰. Aliud igitur prophetæ docent, aliud historici, aliud lex, aliud species ejus quæ in Proverbii invenitur exhortationis. At quidquid in cæteris utile est, hic unus Psalmorum liber complectitur. Vaticinatur futura, animos revocat ad historiæ memoriam, præscribit vitæ instituendæ modum: quæ sunt agenda suggestit. Et uno verbo, liber hic commune quoddam est bonæ doctrinæ promptuarium: qui quidquid cuilibet profuturum sit, diligenter offert. Nam antiquis animalium vulneribus medetur: promptam super vulnerato sanitatem reddit: quod ægrum est sovet, quod vero incolume et integrum, conservat. Et tandem hic liber, quoad ejus fieri potest, pravos coercet affectus, qui per hominum vitam in animos varie grassantur: atque id cum concinna quadam suavitate atque voluptate, quæ honestas ingenerat cogitationes. Etenim ubi Spiritus sanctus genus hominum perspexit ad excolendam virtutem adduci vix posse, et a nobis ob nostram in voluptatem propensionem viam rectam contemni, quid agit? Dogmatis immiscuit harmoniæ dulcedinem, ut rerum auditarum jucunditate ac dulcedine eloquiorum utilitatem nescientes perciperemus: haud aliter atque sapientes medici, qui nauseantibus potionem amariorem daturi, sæpius calicem melle circumliniunt. Ideo concinni illi Psalmorum concentus excogitati nobis sunt, ut ii qui pueri sunt ætate, aut etiam omnino moribus sunt juvenes, C dum in speciem quidem cantant, reipsa tamen animas erudiant suas. Vix enim unquam unus aliquis e multis et ex desidibus discessit, qui præceptum apostolicum aut propheticum memoria retineat: at Psalmorum oracula et domi modulantur, et in forum circumferunt. Et etiamsi quis in feræ modum valde aestuet, ubi psalmis demulceri cœperit, statim consopita per melodiam animi feritate abit.

2. Psalmus tranquillitas est animalium, pacis arbiter, tumultuosas turbulentasque cogitationes compescit. Ut reprimit excandescientiam et animi concitationem, ita lasciviam refrenat. Amicitias conciliat psalmus: consociat dissidentes, inter inimicos gratiam componit. Quis enim adhuc eum quocum unam ad Deum vocem emisit, loco inimici habere possit? Itaque et bonorum maximum charitatem conciliat Psalmorum cantus, qui concentum ceu quoddam **91** vinculum ad concordiam ineundam adinvenit, populumque ad chori unius symphoniam congregat. Daemones psalmus fugat, accersit angelorum patrocinium; ministrat arma contra nocturnos timores, diurnorum laborum est requies: infantium securitas, ornamentum juve-

³⁰ Eccl. x, 4.

(86) Reg. secundus ἐπανάγεται. Ibidem in utraque editione Basil. et Paris. ita legitur, ἐπανόρθωσιν. καὶ τὸ νεοστρῖχος περιποιεῖται. Sed illa, καὶ τό, εἰ., in nostris miss. non reperiuntur. Unde si cui videantur additamenta esse librariorum, in ejus sen-

γάρ, φησί, καταπαίσει ἀμαρτίας μεγάλας. "Ἄλλα μὲν οὖν προφῆται παιδεύουσι, καὶ ἄλλα ιστορικοί, καὶ ὁ νόμος ἔτερα, καὶ ἄλλα τὸ εἶδος τῆς παροιμιακῆς παραγένεσες. Ή δὲ τῶν Ψαλμῶν βίβλος τὸ ἐκ πάντων ὠφέλιμον περιεληφθείσης. Προφητεύει τὰ μέλλοντα· ιστορίας ὑπομιμήσκει· νομοθετεῖ τῷ βίῳ. ὑποτίθεται τὰ πρακτέα· καὶ ἀπαξιπλῶς κοινὸν ταμιεῖόν ἔστιν ἀγαθῶν διδαχμάτων, τὸ ἔκάστω πρέσφορον κατὰ τὴν ἐπιμέλειαν ἔχευρίσκουσα. Τά τε γάρ παλαιὰ τραῦματα τῶν ψυχῶν ἔξιαται, καὶ τῷ νεοτρόπῳ ταχεῖαν ἐπάγει (86) τὴν ἐπανόρθωσιν, καὶ τὸ νεοστρῖχος περιποιεῖται, καὶ τὸ ἀκέραιον διατάξει· καὶ ὅλως ἔξαιρεῖ τὰ πάθη, καθ' ὅσον οἶδον τε, τὰ πονκίως ταῖς ψυχαῖς ἐν τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων ἐνδυνατεύοντα· καὶ τοῦτο μετά τοιος ψυχαγωγίας ἐμπελοῦντος καὶ τὸν τὸν ἀριστερὸν αὐτοῦ σύνθετον ἐμποιεύσης. Ἐπειδὴ γάρ εἶδε τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον δυσάγωγον πρὸς ἀρετὴν τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, καὶ διὸ τὸ πρὸς ἡδονὴν ἐπιβρέπες τοῦ ὀρθοῦ βίου καταμελοῦντας ἡμᾶς· τί ποιεῖ; Τὸ ἐκ τῆς μελιψίας τερπνὸν τοῖς δόγμασιν ἐγκατέμειν, ἵνα τῷ προστηνεῖ καὶ λείψῃ τῆς ἀκοῆς τὸ ἐκ τῶν λόγων ὠφέλιμον λανθανόντως ὑποδεξώμεθα· κατὰ τοὺς σοφοὺς τῶν ιατρῶν, οἱ, τῶν φαρμάκων τὰ αὐτηρότερα πίνειν διδόντες τοῖς κακοσίτοις, μέλιτι ποιλάκις τὴν κύλικα περιχρίουσι. Διὰ τοῦτο τὰ ἐναρμόνια ταῦτα μέλη τῶν Ψαλμῶν ἡμῖν ἐπινενόηται, ἵνα οἱ (87) παιδεῖς τὴν ἡλικίαν, ή, καὶ ὅλως οἱ νεαροὶ τὸ ἥθος, τῷ μὲν δικεῖν μελιψίας, τῇ δὲ ἀληθεῖᾳ τὰς ψυχὰς ἐκπαιδεύωνται. Οὔτε γάρ ἀποστολικὸν τις οὔτε προφητικὸν παράγγελμα τῶν πολλῶν καὶ ῥαβδίμων ῥαδίων ποτὲ τῇ μνήμῃ κατασχῶν (88) ἀπῆλθε· τὰ δὲ τῶν Ψαλμῶν λόγια καὶ κατ' οἶκον μελιψίας, καὶ ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς περιφέρουσι· καὶ πού τις τῶν σφόδρα ἐκτεθηριωμένων ὑπὸ θυμοῦ, ἐπειδὸν ἀρέσηται τῷ Ψαλμῷ κατεπάθεσθαι, ἀπῆλθεν εὑθὺς, τὸ ἀγριαῖον τῆς ψυχῆς τῇ μελιψίᾳ κατακοιμήσας (89).

2. Ψαλμὸς γαλήνη ψυχῶν, βραβευτής ἐιρήνης, τὸ θορυβοῦν καὶ κυμαίνον τῶν λογισμῶν καταστέλλων. Μαλάσσει μὲν γάρ τῆς ψυχῆς τὸ θυμούμενον, τὸ δὲ ἀκόλαστον σωφρονίζει. Ψαλμὸς φιλίας συναγωγῆς, ἔνωσις διεστώτων, ἐχθραινόντων διαλλακτήριον. Τίς γάρ ἔτι ἐχθρὸν ἤγεισθαι δύναται μεθ' οὐ μίαν ἀφῆκε πρὸς θεὸν τὴν φωνήν; "Ωστε καὶ τὸ μέγιστον τῶν ἀγαθῶν τὴν ἀγάπην ἡ Φαλμψία παρέχεται, οἵονει σύνδεσμόν τινα πρὸς τὴν ἔνωσιν τὴν συνῳδίαν ἐπινοήσασα, καὶ εἰς ἐνὸς χοροῦ συμφωνίαν τὸν λαὸν συναρμόζουσα. Ψαλμὸς δαιμόνων φυγαδευτήριον, τῆς τῶν ἀγγέλων βιττείας ἐπαγωγή· ὅπλον ἐν φύσεις νυκτερινοῖς, ἀνάπτυσις κάπων ἡμερινῶν· ντρίοις ἀσφάλεια, ἀκμάζουσιν ἐγκαλλώπισμα, πρεσβυτέροις παρηγορία, γυναικῶν κόσμος ἀρμοδιώτατος. Τὰς ἐργ-

tentiam facile concederem.

(87) Codices duo ὡς οἱ.

(88) Unus e Colbertinis παρακατεσχών.

(89) Codex unus κατακοιμήσας.

μίας οἰκίζει, τὰς ἀγόρας σωφρονίζει· εἰσαγομένοις (90) στοιχείωσις, προκοπτόντων αὔξησις, τελεουμένων στήριγμα, Ἐκκλησίας φωνή. Οὗτος τὰς ἑορτὰς φαιδρύνει, οὗτος τὴν κατὰ Θεὸν λύπην δημιουργεῖ. Ψαλμὸς γάρ καὶ ἐκ λιθίνης (91) χαρδίας δάκρυον ἔκκλειται· φαλμὸς τὸ τῶν ἀγγέλων ἔργον, τὸ οὐράνιον πολίτευμα, τὸ πνευματικὸν θυμίαμα. "Ω τῆς σοφῆς ἐπινοίας τοῦ διδασκάλου, δόμοῦ τε ἅδειν ἡμᾶς καὶ τὰ λυτιτελῆ μανθάνειν μηχανωμένου! δθεν καὶ μᾶλλον πως ἐντυποῦται; (92) ταῖς ψυχαῖς τὰ διδάγματα. Βίκιον μὲν γάρ μάθημα οὐ πέψυκε παραμένειν, τὰ δὲ μετὰ τέρψεως καὶ χάριτος εἰσδυόμενα (93) μονιμώτερόν πως ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐνιζάνει. Τί γάρ οὐκ ἂν μάθοις ἐντεῦθεν; οὐ τῆς ἀνθρίας τὸ μεγαλοπρεπές; οὐ τῆς δικαιοσύνης τὸ ἀκριβές; οὐ σωφροσύνης τὸ σεμνόν; οὐ τὸ τῆς φρονήσεως τέλειον; οὐ μετανοίας τρόπον; οὐχ ὑπομονῆς μέτρα; οὐχ ὅτι ἂν εἴποις (94) τῶν ἀγαθῶν; Ἐνταῦθα ἔνι θεολογία τελεία, πρόδροτης τῆς διὰ σαρκὸς ἐπιδημίας Χριστοῦ, ἀπειλὴ κρίσεως, ἀναστάσεως ἐλπίς, φόρος κολάσεως, ἐπαγγελίαι δόξης, μυστηρίων ἀποκλύψεις· πάντα, ὥσπερ ἐν μεγάλῳ τινὶ καὶ κοινῷ ταμείῳ, τῇ βίβλῳ τῶν Ψαλμῶν τεθησαύρισται, ἦν, πολλῶν ὄντων δργάνων μουσικῶν, πρὸς τὸ λεγόμενον ψαλτήριον ἡρμοσεν δι προφήτης, τὴν ἀνωθεν, ἐμῷ δοκεῖν (95), ἐνηρχοῦσαν αὐτῷ χάριν παρὰ τοῦ Πνεύματος ἐνδεικνύμενος, διότι τοῦτο μόνον τῶν μουσικῶν δργάνων τὴν αἰτίαν τῶν φθόγγων ἐκ τῶν ἀνωθεν ἔχει. Τῇ κιθάρᾳ μὲν γάρ καὶ τῇ λύρᾳ κάτωθεν ὁ χαλκὸς ὑπηρεῖ πρὸς τὸ πλῆκτρον· τὸ φαλτήριον δὲ τοῦτο τῶν ἀρμονικῶν δύθυμῶν ἀνωθεν ἔχει τὰς ἀφορμάς· ἵνα καὶ ἡμεῖς τὰ ἀνωτερά μελετῶμεν, καὶ μὴ τῇ ἡδονῇ τοῦ μέλους ἐπὶ τὰ τῆς σαρκὸς πάθη καταφερίμεθα. Κάκενο δὲ οἶμαι τὸν προφητικὸν λόγον βαθέως ἡμῖν καὶ σοφῶς διὰ τῆς τοῦ δργάνου κατασκευῆς ἐνδεδείχθαι, ὅτι οἱ ἐμμελεῖς καὶ εὐάρμοστοι τὰς ψυχὰς ῥᾷδίαν ἔχουσι (96) τὴν εἰς τὰ ἀνωπορεῖαν. Ἰδωμεν δὲ λοιπὸν καὶ τὴν ἀρχὴν τῶν Ψαλμῶν. Ιδωμεν διαφοραὶ τῶν ζώων ἀποτελοῦνται. "Οπερ οὖν (97) θεμέλιος ἐν οἷχῳ, καὶ

A νῦν, σενούν consolatio, convenientissimum mulierum decus, frequentat solitudines, forum emendat. Psalmus incipientibus initium est, incrementum proficientibus, perfectis firmamentum; vox est Ecclesiæ: laetificat dies festos: eam quæ secundum Deum est, tristitiam creat. Enimvero psalmus e corde lapideo ciet lacrymas. Psalmus angelorum opus est, coelestis conversatio, spirituale thymiana. O sapiens magistri inventum, qui artem qua simul caneremus, et utilia disceremus, excoxitavit; unde et magis quodammodo animis præcepta imprimuntur. Vix enim durare solet quod invitus didiceris: quod autem jucunde suaviterque acceptum est, tenacius in animis nostris insidet. Quid enim inde discere non queas? nonne fortitudinis claritudinem? B nonne justitiae integritatem, gravitatem temperantiam, prudentiae perfectionem? nonne pœnitentiae modum, aut patientiae mensuram? nonne tandem omnia quæcunque proferri possunt bona? Hic perfecta theologia, hic de Christi in carnem adventu valiciunum, hic comminatio judicii, resurrectionis spes, timor supplicii, gloriæ promissiones, mysteriorum revelatio; omnia in Psalmorum libro velut in magnō quodam et communi promptuario reconduntur. Quem librum, tametsi diversa sunt instrumenta musica, ad psalterium, quod vocant, Propheta aptavit. Quippe gratiam, ut mihi videtur, in eo desuper a sancto Spiritu resonare ostendit, propterea quod hoc solum ex musicis instrumentis C editi soni causam ab altiore loco habet. Nam citharæ ac lyræ æs ex inferiori parte sonitum edit ad plectrum; psalterium vero a parte superiori concinnae suæ modulationis originem ducit: ut et nos quæ sursum sunt quærete studeamus, et non concentus dulcedine ad carnis spurcias devolvamus. Quin et prophetica verba per instrumenti hujus structoram alta quadam et sapienti ratione illud, opinor, nobis ostendunt, quod, quorum animus æquabilis est, beneque compositus, iis expeditum iter ad superiora pateat. Cæterum initium Psalmorum videamus.

3. Μακάριος ἀνὴρ, δις οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν. Οἰκοδόμοι μὲν οὖν μεγέθη κατασκευασμάτων εἰς ὑψος αἴροντες, ἀναλογοῦντας τῷ ὕψει τοὺς θεμέλιους ὑποβάλλονται· καὶ ναυπηγοί, μυριοφόροι συμπηγνύντες δλκάδα, συμβαίνουσαν τῷ βάρει τῶν ἀγωγίμων τὴν τρόπιν πήγυνυνται. Καὶ ἐν τῇ γενέσει τῶν ζώων ἡ χαρδία πρώτη καταβλητεῖται παρὰ τῆς φύσεως, ἀναλογοῦσαν τῷ μέλλοντι συνίστασθαι ζώῳ τὴν παρὰ τῆς φύσεως λαμβάνει καταβολήν· διότι συμμέτρως ταῖς οἰκείαις ἀρχαῖς περιυφαινομένου τοῦ σώματος, αἱ κατὰ τὰ μεγέθη διαφοραὶ τῶν ζώων ἀποτελοῦνται. "Οπερ οὖν (97) θεμέλιος ἐν οἷχῳ, καὶ

D 3. VERS. 1. *Beatus vir, qui non abiit in concilio impiorum.* Sane architecti cum in altum erigunt molem ædificiorum, fundamenta altitudini convenientia jaciunt; itemque navium artifices cum prægrandem et onerariam navem construunt, carinam quæ vehendarum merecum oneri par sit supponunt. Quin et in animantium generatione cor quod primum naturaliter formatur, structuram animali figurando idoneam a natura accipit. Quapropter cum corpus convenienter propriis principiis constitutum est, tum animalium magnitudo diversa efficitur. Quo igitur modo ad domum se habet fun-

(90) Editi et quinque mss. εἰσαγομένοις. Alii duo mss. εἰσαγομένων.

(91) Codices duo ἀπὸ λιθίνης.

(92) Alii mss. cum ed. ἐντυποῦται. Alii ἐντυποῦνται.

(93) Sic major pars mss. At editi et mss. non nulli τὸ δὲ... εἰσδυόμενον.

(94) Colb. unus εἴπης. Nec ita multo post Reg.

secundus ἀποκάλυψε.

(95) Editi et mss. aliquot ἐμῷ δοκεῖν. Alii quidam mss. ἐμῷ δοκεῖ.

(96) Editi cum tribus mss. ὅτι οἱ... ἔχουσι. Alii tres mss. ἵνα οἱ... ἔχωστ.

(97) Editi et quatuor mss. ὥσπερ οὖν. Alii duo ὥσπερ οὖν.

damentum, et ad navim earum, et ad animalis corpus cor, eodem ad Psalmorum generale argumentum se habet etiam **92** breve illud proemium. Nam cum David ad multa, eaque ardua, et innumeris sudoribus ac laboribus referta in serie orationis esset exhortaturus, in antecessum finem beatum pietatis propugnatoribus monstravit; ut bonorum nobis repositorum spe molestias vitae animo aequo perferamus. Sic etiam asperum ac difficillimum iter facientibus ad sustinendos labores levamento est commodum speratumque diversorum; atque mercatoribus ad peragrandum mare animos facit parandarum mercium desiderium: quin et agricolis laborum sensum quodammodo spes messis adimit. Quamobrem et communis vitae emendator, doctor magnus, spiritus veritatis, sapienter ac scite statim ab initio mercedem proposuit, ut supra praesentes labores evecti, animo ad aeternorum bonorum gaudia properemus. *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum.* Quod ergo vere bonum existit, imprimis ac praeceps beatum praedicandum est. Ille autem Deus est. Unde et Paulus de Christo mentionem facturus, ait: *Secundum manifestationem beati Dei, et Salvatoris nostri Iesu Christi*³¹. Beatum enim vere est, quod per se bonum est, ad quod respiciunt omnia, quod universa desiderant, natura immutabilis, herilis dignitas, vita perturbationi nulli obnoxia, hilaris vivendi ratio, quae alterari aut immutari nequit, fons scaturiens, uberrima gratia, inexhaustus thesaurus. Atqui homines ignari, mundique amantes, qui boni ipsius ignorant naturam, res nihil sibi aequaliter, divitias, sanitatem, vitam splendorem: quarum rerum nihil est sua ipsius natura bonum; non solum quod facile in contraria mutentur, sed quod ne bonos quidem valeant possessores suos reddere. Quis enim ob divitias justus? quis propter sanitatem temperans? Ino sane haec omnia male intentibus ad peccandum saepe inserviunt. Beatus igitur ille, qui ea quae plurimi sunt habenda, possidet, quique eorum, quae nequeunt auferri, bonorum particeps est. Sed quo pacto hunc cognoscemus? *Qui non abiit in consilio impiorum.* Et priusquam exponam quid sit non abiisse in consilio impiorum, loci hujus questionem vobis solvere volo. Cur Propheta, inquis, solum hominem eligit, ac praedicat beatum? num mulieres a beatitudine exclusit? Absit! Enimvero viri et mulieris una est virtus: quandoquidem utriusque creatio honore par est, ac proinde utriusque quoque merces est eadem. Audi Genesim: *Fecit Deus hominem, inquit; ad*

A

én πλοίῳ τρόπις, καὶ ἐν σώματι ζώου καρδίᾳ, ταύτην μοι δοκεῖ τὴν δύναμιν ἔχειν πρὸς τὴν ὅλην τῶν Ψαλμῶν κατασκευὴν [καὶ] τὸ βραχὺ τοῦτο προσβιον. Ἐπειδὴ γάρ πολλὰ καὶ ἐπίπονα καὶ μυρίων ἕδρῶν καὶ πόνων γέμοντα παραπεινέν μέλλει, προτίνας τοῦ λόγου, τοῖς τῆς εὐσεβίας ἀγωνισταῖς προλαβῶν ὑπέδειξε τὸ μαχάριον τέλος, ἵνα τῇ ἐλπίδι τῶν ἀποκειμένων ἀγαθῶν ὀλύπως τοῦ βίου τὰ ἀλγεῖνὰ διεφέρωμεν (98). Οὕτως καὶ ὁδοιπόροις τραχεῖαν ὅδὸν πορευομένοις καὶ δύσβατον κουφίζει τὸν μόχθον ἐπιτήδειον αὐτοῖς προσδοκηθὲν καταγάγειν· καὶ ἐμπόρους ποιεῖ τῆς θαλάσσης κατατολμᾶν ἡ ἐπιθυμία τῶν ἀγωγίμων· καὶ γεωργῶν ὑποκλέπτει (99) τοὺς τενούς ἡ τῆς ἐπικαρπίας ἐλπίς. Διὸ καὶ ὁ κοινὸς τοῦ βίου διορθωτὴς, ὁ μέγας διδάσκαλος, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, σοφῶς καὶ ἐντέχνως τοὺς μισθίους προεβάλετο (!), ἵνα, ὑπερκύπτοντες τοὺς ἐν γερσὶ πόνους, τῇ διαινοίᾳ πρὸς τὴν ἀπόδαυσιν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν (2) ἐπειγάμεθα. *Μακάριος ἀνὴρ,* ὃς οὐκ ἐποιεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν. "Ἐστι μὲν οὖν τὸ κυρίως καὶ πρώτως μακαριστὸν, τὸ ἀληθινῶς ἀγαθόν. Τοῦτο δέ ἐστιν ὁ Θεός. "Οὐεν καὶ Παῦλος, ὑπόμνησιν (3) μέλλων ποιεῖσθαι Χριστοῦ, *Κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, φῆσι, τοῦ μακαρίου Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος ημῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Μακάριον γάρ τῷ ὄντι τὸ αὐτόκαλον, πρὸς ὃ πάντα ἀποδέπται, οὗ πάντα ἐφίσται, ἡ ἀτρεπτός φύσις, τὸ δεσποτικὸν ἀξιωμα, ἡ ἀόγκητος ζωὴ, ἡ ἀλυπος διεξαγωγὴ, περὶ τὴν οὐκ ἔστιν ἀλλοίωσις, ήτοι οὐχ ἀπτεται μεταδολή· ἡ βρύουσα πηγὴ, ἡ ἀφθονος γάρις, ὁ ἀδαπάνητος θησαυρός. Ἀμαθεῖς δὲ ἀνθρώποι καὶ φιλόκοσμοι, ἀγνοοῦντες αὐτοῦ τοῦ ἀγάθου τὴν φύσιν, μακαρίζουσι πολλάκις τὰ μηδενὸς ἀξια, πλοῦτον, ὑγίειαν, περιφάνειαν βίου· ὃν οὐδέν ἐστιν ἀγαθὸν τῇ ἑαυτοῦ φύσει· οὐ μόνον καθότι ράδιαν ἔχει τὴν πρὸς τὰ ἐναντία περιτροπὴν, ὅλλ' ὅτι μηδὲ ἀγαθὸς δύναται τοὺς κεκτημένους ἀποτελεῖν. Τίς γάρ δίκαιος διὰ χρήματα; τίς σώφρων διὰ ὑγίειαν; Ταύναντίον μὲν οὖν, καὶ ὑπηρεσία πολλάκις πρὸς ἀμαρτίαν τοῖς κακῶς χρωμένοις τούτων ἔκαστον γίνεται. Μακάριος οὖν ὁ τὰ πλείστου ἀξια κεκτημένος, ὁ τῶν ἀναφαιρέτων ἀγαθῶν μέτοχος. Τοῦτο δὲ πῶς ἐπιγνωσόμεθα; "Ος οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, βούλομαι θμῖν τὸ ἐν τῷ τόπῳ ζητούμενον διαλῦσαι. Διὰ τί, φῆσιν, ὁ προφήτης τὸν ἀνδρὰ μόνον ἐκλεξάμενος μακαρίζει; Ἄρα μὴ τοῦ μακαρισμοῦ τὰς γυναικας ἀπέκλειε; Μή γένοιτο; Μία γάρ ἀρετὴ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς, ἐπειδὴ καὶ τὴ κτίσις ἀμφοτέροις ὁμότιμος, ὥστε καὶ ὁ μισθὸς ὁ αὐτῆς ἀμφοτέροις. "Ακούει τῆς Γενέτεως· Ἐποίησε,

³¹ Tit. ii, 43.

(98) Colbertinus unus ὑποφέρωμεν.

(99) Pro ὑποκλέπτει scribitur simpliciter in duabus mss. κλέπτει.

(1) Codex unius προεβάλλετο.

(2) Editio Paris. τῶν ἀποκειμένων ἀγαθῶν. Αταναγνιτ libri manu exarati, quorum in aliis legitur τῶν ἀποκειμένων αἰωνίων ἀγαθῶν· in aliis vero simplicius τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν· et ita scripsisse Basiliū putamus, nē voces in ay desinentes frustra multi-

plicarentur.

(3) In duabus mss. pro ὑπόμνησιν legitur ἐπιμνησιν. Hic locus, id quod nomine quatuor usu venit, conflatus est ex duobus. Prima pars sumpta ex Epist. I ad Timoth. i, 11: *Κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον τῆς διδόης τοῦ μαχαρίου Θεοῦ.* altera vero ex Epist. ad Titum ii, 13: *Καὶ ἐπιφάνειαν... Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

φησὶ, ὁ Θεος τὸν ἀνθρωπὸν κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτὸν· ἄρτεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. Ὡν δὲ ἡ φύσις μία, τούτων καὶ ἐνέργειαι αἱ αὐταὶ⁽⁴⁾. ὃν δὲ τὸ ἔργον ἵστον, τούτων καὶ ὁ μισθὸς ὁ αὐτός. Διὰ τί οὖν, ἀνδρὸς μητρίας, τὴν γυναικαν ἀπειώπησεν; "Οὐι ἀρχεῖν ἥγήσατο, μιᾶς οὖσης τῆς φύσεως, ἐκ τοῦ ἥγεμονικωτέρου τὸ ὅλον ἐνδείξασθαι. Μακάριος οὐράνιος, ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσε-
βῶν. Σκόπει τῶν φημάτων τὸ ἀκριβὲς⁽⁵⁾, πῶς ἐκάστη λέξις διογμάτων πεπλήρωται. Οὐκ εἶπεν, "Ος οὐ πορεύεται ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, ἀλλ', "Ος οὐκ ἐπορεύθη. Ὁ μὲν γάρ ἐν τῷ βίῳ τυγχάνων οὕτω μακαριστός, διὰ τὸ ἀδηλὸν τῆς ἐκβάσεως· ὁ δὲ συμπληρώσας τὰ ἐπιβάλλοντα, καὶ ἀναντιρρήτω τέλει τὴν ζωὴν κατα-
κλείσας, οὗτος ἡδη ἀσφαλῶς μακαρίζεται. Διὰ τί οὖν μακάριοι οἱ πορευόμενοι ἐν νόμῳ Κυρίου; οὐ γάρ τοὺς πορευόμενας ἑκεῖ, ἀλλὰ τοὺς ἔτι πορευομένους μακαριστούς ὁ λόγος τίθεται· ὅτι οἱ τὸ ἀγαθὸν ἐργαζόμενοι, ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ τὸ ἀπόδεκτον ἔχουσιν· οἱ δὲ τὸ κακὸν φεύγοντες οὐκ, ἐὰν ἀπαξ που ἢ δεύτερον ἐκκλίνωσι τὴν ἀμαρτίαν, ἐπαινετοί, ἀλλ' ἐὰν δυνηθῶσι τοῦ κακοῦ τὴν πεῖραν εἰς τὸ παντελές δια-
δρᾶνται. Ἐκ δὲ τῆς τοῦ λόγου ἀκολουθίας καὶ ἔτερου ἡμενί ἀπόρου ἀνεφάνη⁽⁶⁾. Διὰ τί οὐχὶ τὸν κατορθοῦντα τὴν ἀρετὴν μακαρίζει, διὰ τὸν μὴ πεποιηκότα τὴν ἀμαρτίαν; Οὕτως γάρ καὶ ἵππος, καὶ βοῦς, καὶ λίθος μακαρισθήσεται. Ποιὸν γάρ ἀψύχον ἔστη ἐν ὅδῳ ἀμαρ-
τωλῶν; ἤποιον ἀλογονέπι καθέδρα⁽⁷⁾ λοιμῶν ἐκάθισε; Μικρὸν μὲν οὖν ἀναμείνει. εὔρησεις τὰ ἴαμα. Ἐπ-
άγει γάρ· Α.Ι.Δ. ἦ ἐν⁽⁸⁾ τῷ νόμῳ Κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ. Θελού δὲ νόμου μελέτῃ ἐπὶ τὸν λογικὸν μόνον⁽⁹⁾ πίπτει. Ημεῖς δὲ κάκενο⁽¹⁰⁾ λέγομεν, ὅτι ἀρχὴ πρὸς τὴν ἀνάληψιν τῶν καλῶν, ἡ ἀναχώρησις τῶν κακῶν. "Εκκλιτορ γάρ, φησὶν, ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποιησορ ἀγαθόρ.

4. Σοφῶς οὖν καὶ ἐντέχνως προσάγων ἡμᾶς εἰς⁽¹¹⁾ ἀρετὴν, τὴν ἀναχώρησιν τῆς κακίας ἀρχὴν ἐποιήσατο τῶν καλῶν. Εἰ γάρ εὐθὺς προέβαλε σοι τὰ τέλεια, ἀπώκνησας ἀν πρὸς τὴν ἐγχείρησιν· νῦν δὲ τοῖς εὐ-
ληπτοτέροις σε προσεθίζει, ἵνα κατατολμήσῃς τῶν ἐφεξῆς. Κλίμακι γάρ προσεοικέναι φαίην ἀν ἔγωγε τῆς εὐσεβίας τὴν ἀσκησιν· κλίμακι ἔχειντο, ἢν εἰδέ-
ποτε ὁ μακάριος Ιακὼν, ἢς τὰ μὲν ἦν πρόσγειά τε καὶ⁽¹²⁾ χαμαζῆλα, τὰ δὲ ὑπὲρ αὐτὸν ἡδη τὸν οὐσι-
νὸν ἀνετείνετο. "Ωστε δεῖ τοὺς εἰσαγομένους πρὸς τὸν
κατ' ἀρετὴν βίον τοῖς πρώτοις βαθμοῖς ἐπιβάλλειν τὸ
ἴχνος, κάκεῖθεν ἀεὶ τῶν ἐφεξῆς ἐπιβαίνειν, ἔως ἀν
πρὸς τὸ ἐφικτὸν ὄφος τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει διὰ τῆς
κατ' ὀλίγον προκοπῆς ἀναβῶσιν. "Ωσπερ οὖν ἐπὶ τῆς

⁽³²⁾ Genes. i, 27. ⁽³³⁾ Psal. xxxvi, 27.

(4) Sic mss. plerique. Abest articulus ab excusis.
(5) Editio Paris. σκόπει τῶν φημάτων τὸ ἀκριβὲς,
σκόπει πῶς, εtc. Sed vox σκόπει primo duntaxat
loco in mss. legitur, nec mirum id videri debet, cum
secundo loco prorsus redundet.

(6) Codex unus ἐφάνη.

(7) Editi et mss. aliquot καθέδρα. Alii, καθέδρας.
Alii, καθέδραν.

(8) Sic mss., quibus savent Biblia. Editi διὰ τὸ οὐ.

A imaginem Dei fecit illum; masculum et feminam fecit eos⁽³²⁾. Quorum autem natura una, horum et actiones eadem; quorum est aequale opus, horum et merces eadem. Quare ergo, viri facta mentione, mulierem tacuit? Quoniam satis esse existimavit, cum una sit natura amborum, per praecipuam partem totum significare. Beatus **93** igitur vir, qui non abiit in consilio impiorum. Considera verborum accurationem: quomodo quaelibet dictio sententiis refertur. Non dixit, Qui non abit in consilio impiorum; sed, Qui non abiit. Qui enim in hac vita versatur, nondum propter incertum exitum beatus est praedicandus: qui vero suum expleverit officium, vitamque certio sine clauserit, is iam beatus intu dicitur. Cur igitur beati qui ambulant in lege Domini? non B enim hic Scriptura eos qui ambulaverunt, sed eos qui adhuc ambulant, praedicat beatos: quoniam qui faciunt bonum, in ipsa actione consequuntur a p o-
bationem; sed qui vitant malum, laudandi non sunt, si forte semel aut iterum peccatum evitaverint, sed si omnino mali experientiam declinare possint. Atque etiam altera difficultas ex orationis serie sese nobis obtulit: Cur eum qui colit virtutem, non dicat beatum, sed eum, qui peccatum non admisit. Hac enim ratione equus, bos et lapis felices poterunt appellari. Quae enim res inanimata stetit in via peccatorum? aut quae res rationis expers in cathedra pestilentiae sedet? Profecto si paululum exspectaveris, remedium invenies. Insert enim (vers. 2): Sed in lege Domini voluntas ejus. Porro divinae legis C meditatio ei soli, qui particeps rationis est, convenit. Nos autem et illud dicimus, principium bonorum acquirendorum, recessum esse a malo. Declina a malo, inquit, et fac bonum⁽³³⁾.

4. Itaque cum ad virtutem nos induceret, sapienter ac scite vitiorum fugam, honorum initium fecit. Etenim si statim ea quae sunt perfecta, tibi proposuisset, ad ea tentanda fuisses cunctantior; nunc vero ad ea quae captu faciliora sunt, te assuefacit, ut ea quae sequuntur, aggrediare. Ego equidem pietatis exercitationem scalae consimilem esse crediderim, videlicet scalae illi, quam beatus Jacob olim vidit, cuius quidem pars terram tangebat, eratque humi depressa, pars vero altera ultra ipsum cœlum porrigebatur. Quare necesse est, ut ii qui sunt ad virtutem instituendi, primis gradibus admoveant vestigium, indeque ad sequentes gradus semper progressi, tandem paulatim progrediendo, ad altitudinem humanæ naturæ non imparem perve-

(9) Reg. secundus ἐπὶ τῶν λογικῶν μόνον. Colb. primus ἐπὶ τὸ λογικόν.

(10) Post vocem κάκενο in tribus mss. additur μόνον.

(11) Scriptum invenitur in tribus mss. εἰσάγων ἡμᾶς πρὸς. Ibidem Reg. tertius ἀναχώρησιν τῶν κακῶν ποιούμενος, ἀρχὴν τῶν καλῶν εὔρατο.

(12) Editi πρόσγεια κατ. At mss. nonnulli πρόσγεια τε κατ.

niant. Quemadmodum igitur in scala primus gradus, recessus ab humo est : ita in vitæ instituto quod secundum Deum sit, profectus initium, discessus a malo est. Prorsus autem facilius est omnino otiani, quam quodvis opus facere : verbi gratia: *Non occides; non mæchaberis; non suraberis*³⁴. Horum quolibet meram actionis et motus privationem postulat. Illud vero, *Diliges proximum tuum sicut te ipsum*³⁵; et: *Vende quæ habes, et da pauperibus*³⁶; et: *Si quis te angariaverit mille passus, vade cum illo duo*³⁷, digna athletis opera sunt, quibus patrandis animo jam forti et strenuo opus est. Quare illius mirare sapientiam, qui per ea quæ faciliora et expeditiora sunt, ad perfectionem nos deducit. Tria autem nobis proposuit merito cavenda, ne videlicet abeamus in consilio impiorum, ne stemus in via peccatorum, ne in cathedra pestilentiae sedeamus. Rerum naturam secutus, **94** verba hoc ordine dispositi. Primum enim deliberamus; deinde deliberationem firmamus; postrem rebus deliberatis insistimus. Ante omnia igitur mentis nostræ munditia declaranda era beatæ, quoniam cordis propositum actionum corporarum radix existit. Adulterium enim in voluptuosi anima primo incensum, ita eam corruptionem quæ per corpus fit, parit. Unde et Dominus intus esse ait quæ coinquant hominem³⁸. Quoniam autem admissum in Deum peccatum, impietas proprie dicitur, absit ut unquam de Deo per incredulitatem dubitemus! Hoc namque est *abiisse in consilio impiorum*, si in tuo corde dixeris: Num Deus est, qui universa modetur et gubernet? Num Deus in cœlis est, qui dispenset singula? estne iudicium? Num unicuique secundum opera sua retribuenda est merces? Cur ergo justi egent, peccatores vero abundant opibus? hi ægra, illi firma sunt valetudine? hi in honore, illi sunt maximo in honore? Nunquid fortuito fertur hic mundus, et temerarii quidam casus uniuscujusque vitam temere partiuntur? Hæc si cogitaveris, abiisti in consilio impiorum. Beatus igitur, qui de Deo nihil habuit dubitationis, qui circa præsentia pusillo non est animo, sed exspectat futura; cui incredula de eo, qui nos creavit, suspicio non insedit. Beatus autem et ille, qui in via peccatorum non stetit. Vita utique dicitur via, quod quilibet in vitam ingressus, ad finem properet. Quemadmodum enim qui in naviis dormiunt, sponte a vento in portus deducuntur, et quamvis ipsi nequaquam sentiant, cursus tamen eos ad terminum urget: sic et nos diffidente vitæ nostræ tempore, insensibili vitæ nostræ cursu velut continuo quodam et irrequieto motu unusquisque ad proprium finem festinamus.

³⁴ Exod. xx, 13 - 45. ³⁵ Matth. xix, 19. ³⁶ ibid. 21. ³⁷ Matth. v, 41. ³⁸ Matth. xv, 18.

(13) Reg. secundus ἀπαρχή.

(14) Reg. secundus τὸ δὲ, Ἀγαπήσεις.

(15) Et hic quoque in aliquibus mss. legitur ἐπὶ καθέδραν. Nec ita multo post mss. nonnulli βουλόμεθα... βουλημα... βουληθεῖσιν. Subinde Reg. tertius τὸ ἐγκάρδιον βουλημα.

A κλίμακος πρώτη ἀνάβασις ἡ τῆς γῆς ἀναχώρησι, οὕτως ἐπὶ τῆς κατὰ Θεὸν πολιτείας, ἀρχὴ (13) προκοπῆς ὁ χωρισμὸς τοῦ κακοῦ. "Ολως δὲ πᾶσα ἀργία καὶ τῆς τυχούσης πράξεώς ἐστιν εὔμαρεστέρα· οἶον, Οὐ φορεύσεις· οὐ μοιχεύσεις· οὐ κλέψεις. Ἀργίας τούτων ἔκαστον καὶ ἔκινησίας δεῖται. Ἀγαπήσεις (14) τὸ πλησιότερον σου ως σευντόν· καὶ, Πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δές πτωχοῖς· καὶ, Ἐάρ τις σε ἀγγαριεύσῃ μίλιον ἔρ, ὑπαγε μετ' αὐτοῦ δύο, ἐνεργήματά ἔστιν ἀθληταῖς πρέποντα, καὶ ψυχῆς τῇ νεανικῆς δεδμενα πρὸς κατέρθωσιν. "Ωστε θαύμασον τὴν σοφίαν τοῦ διὰ τῶν εὔμαρεστέρων καὶ εὐληπτέρων ἐνάγοντος ἡμᾶς πρὸς τὴν τελείωσιν. Τρία δὲ προέβαλεν ἡμῖν τὰ φυλακῆς ἄξια, μὴ πορευθῆναι ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, μὴ στῆναι ἐν ὁδῷ ἀμαρτωλῶν, μὴ καθεύθηταις εἰπεὶ καθέδρας (15) λοιμῶν. Τῇ φύσει τῶν πραγμάτων ἐπόμενος, τὴν τάξιν ταύτην τοῖς εἰρημένοις ἐπέθηκεν. Βουλευόμεθα γάρ πρότερον, εἴτα ιστῶμεν τὸ βούλευμα, εἴτα τοῖς βουλευθεῖσιν ἐναπομένομεν. Πρώτως οὖν μακάριστὸν τὸ ἐν τῇ διανοίᾳ ἡμῶν καθαρὸν, ἐπειδὴ φίλα τῶν διὰ τοῦ σώματος ἐνεργεῖων τὸ ἐν καρδίᾳ βούλευμα. Ή γάρ μοιχεία, ἐν τῇ ψυχῇ τοῦ (16) φιληδόνου πρῶτον ἀναφλεχθεῖσα, οὕτω τὴν διὰ τοῦ σώματος φθορὰν ἀπεργάζεται. "Οθεν καὶ ὁ Κύριος φτησιν ἐνδοθεν εἶναι τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον. Ἐπειδὴ δὲ ἀσέβεια κυρίως λέγεται· ἡ εἰς Θεὸν ἀμαρτία, μὴ γένοιτο δέξασθαι ἡμᾶς ἐξ ἀπιστίας ποτὲ ἀμφιβολίαν περὶ Θεοῦ! Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ πορευθῆναι ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, ἐὰν εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου· Ἄρα ἔστι Θεὸς κυνεργῶν τὰ σύμπαντα; Ἄρα ἔστι Θεὸς ἐν οὐρανῷ, οἰκονομῶν τὰ (17) καθ' ἔκαστον; Ἄρα κρίσις; Ἄρα ἀνταπόδοσις ἔκαστῳ κατὰ τὸ ἔργον αὐτοῦ; Διὰ τί οὖν δίκαιοι πένονται, καὶ ἀμαρτωλοὶ πλουτοῦσιν; οὗτοι ἀτιθενοῦσι, κάκεῖνοι ἔργωνται; οὗτοι ἀτιμοὶ, κάκεῖνοι ἔνδεξιοι; Μήποτε αὐτομάτως ὁ κόσμος φέρεται, καὶ συντυχίαι τινὲς ἀλογοὶ ἀτάκτως ἔκαστῳ ἀποκληροῦσι (18) τὸν βίους; Ἐὰν ταῦτα διενοηθῆσι, ἐπορεύθησι ἐν βουλῇ ἀσεβῶν. Μακάριος οὖν ὃς οὐκ ἔλαβε περὶ Θεοῦ διταγμὸν, οὐ μὴ μικροψυχήσας περὶ τὰ παρόντα, ἀλλ' ἀναμένων τὰ προσδοκώμενα· ὃς οὐκ ἔσχε περὶ τοῦ κτίσαντος ἡμᾶς ὑπόληψιν ἀπιστον. Μακάριος δὲ κάκεῖνος, ὃς ἐν ὁδῷ ἀμαρτωλῶν οὐκ ἔστη. "Οδὸς μὲν οὖν ὁ βίος εἰρηται διὰ τὴν πρὸς τὸ τέλος ἔκαστου τῶν γεννηθέντων ἐπειξιν. "Ματέρ γάρ οἱ ἐν τοῖς πλοίοις καθεύδοντες αὐτομάτως ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἐπὶ λιμένας ἀγονται, καν αὐτοὶ μὴ αἰσθάνωνται, ἀλλ' ὁ δρόμος αὐτοὺς πρὸς τὸ τέλος ἐπείγει· οὕτω καὶ ἡμεῖς, τοῦ χρόνου τῆς ζωῆς ἡμῶν παραβέσσοντος, οἶον τινὶ κινήσει συνεχεῖ καὶ ἀπαύστῳ πρὸς τὸ οἰκεῖον ἔκαστος πέρας τῷ λανθάνοντι δρόμῳ τῆς ζωῆς ἡμῶν κατεπειγόμεθα. Οἶον, καθεύδεις, καὶ ὁ χρόνος σε παρατρέχει· ἐγρήγορας, καὶ ἀσχολος εἰ

(16) Codex unus ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ. Infra codex unus ἀμφιβολίαν τινά.

(17) Colb. sextus ὁ οἰκονομῶν τό. Statim quo mss. ἀντίδοσις. Subinde duo itidem mss. κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.

(18) Reg. secundus et Colb. sextus διακληροῦσι.

τὴν διάνοιαν· ἀλλ' ὅμως ἡ ζωὴ δαπανᾶται, καὶ τὴν αἰσθησιν ἡμῶν διαφεύγῃ. Δρόμον οὖν τινα τρέχομεν πάντες ἀνθρώποι· πρὸς τὸ οἰκεῖον τέλος ἔκαστος ἐπειγόμενος (19). Οὐαὶ τοῦτο πάντες ἐσμὲν ἐν ὁῷ. Καὶ οὕτω δ' ἀν λάθοις τῆς ὁδοῦ τὴν ἔννοιαν. Ὁδοι πόροις ἐφέστηκας τῷ βίῳ τούτῳ· πάντα παρέρχῃ, πάντα κατέπινσου γίνεται. Εἶδες ἐπὶ τῆς ὁδοῦ φυτὸν, ἢ πόλιν ἢ θεῖον, ἢ τύχη τῶν ἀξίων! Θεάματος μικρὸν ἐτέρφθης, εἴτα παρέδραμες. Πάλιν ἐνέτυχες λίθοις, καὶ φύραγξι, καὶ χρηματοῖς, καὶ σκοπέλοις, καὶ σκόλοφιν, (20) ἢ ποιού καὶ θηρίοις, καὶ ἑρπετοῖς, καὶ ἀκάνθαις, καὶ τισιν ἀλλοις τῶν ὀχληρῶν μικρὸν ἡγιάθης, εἴτα κατέληπτες. Τοιοῦτος ὁ βίος, οὗτε τὰ τερπνὰ μόνιμα, οὔτε τὰ λυπτρὰ διαρκῆ κεκτημένος. Η ὁδὸς οὐκ ἔστι σῇ, ἀλλ' οὐδὲ τὰ παρόντα σά. Ἐπὶ τῶν ὀδευόντων, ὅμοι τε ὁ πρῶτος τὸ ἔχοντος, καὶ εὑθὺς ὁ μετ' αὐτὸν τὴν βάσιν ἤγεγκε, καὶ μετ' ἔκεινον ὁ ἐφεπόμενος.

5. Σκόπει δὲ καὶ τὰ τοῦ βίου εἰ μὴ παραπλήσια. Σήμερον τὴν γῆν σὺ ἐγεώργυσας, καὶ αὔριον ἄλλος, καὶ μετ' ἔκεινον ἔτερος. Ὁρᾶς τοὺς ἀγροὺς τούτους καὶ τὰς πολυτελεῖς οἰκίας; Πόσα ἥδη ὄνόματα ἀφ' οὐ γέγονε τούτων (21) ἔκαστον ἡμειψε! Τοῦ δεινοῦ ἐλέγετο, εἴτα μετωνομάσθη πρὸς ἔτερον· πρὸς τὸν δεῖνα μετῆλθεν, εἴτα νῦν ἄλλου λέγεται. Ἀρ' οὖν (22) οὐχ ὁδὸς ἡμῶν ὁ βίος, ἄλλοτε ἄλλον μεταλαμβάνων, καὶ πάντας ἔχων ἀλλήλοις ἐφεπομένους; Μακάριος οὖν ὃς ἐπὶ τῆς ὁδοῦ τῶν ἀμαρτωλῶν οὐκ ἔστη. Τὸ δὲ, Οὐκ ἔστη, τί ἔστιν; Ἐπὶ ἐπὶ τῆς πρώτης C ἡλικίας δύτες οἱ ἀνθρώποι, οὔτε ἐν κακίᾳ ἐσμὲν, οὔτε ἐν ἀρετῇ (ἀνεπίδεκτος γάρ ἡ ἡλικία τῆς ἔξεως ἔκατέρας)· ἐπειδὴν δὲ ὁ λόγος ἡμῶν συμπληρωθῆ, τότε γίνεται τὸ γεγραμμένον· Ἐλθούσης δὲ τῆς ἐντολῆς, ἡ ἀμαρτία ἀνέζησε, ἐγὼ δὲ ἀπέθαρος. Ἐπανατέλλουσας γάρ λογισμοὶ πονηροὶ, ἐκ τῶν παθῶν τῆς σαρκὸς ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐντικτόμενοι. Τῷ δύτῃ γάρ ἐλθοῦσα ἡ ἐντολή, τουτέστιν ἡ διάγνωσις τῶν καλῶν, ἐξ οὐκ ἀντακρατήσῃ τοῦ χείρονος λογισμοῦ, ἀλλὰ συγχωρήσῃ ὑπὸ τῶν παθῶν ἐξανδραποδισθῆναις τὴν λογισμόν· ἀνέζησε μὲν ἡ ἀμαρτία, ἀπέθανε δὲ ὁ νοῦς, νεκρὸς γενόμενος τοῖς παραπτώμασι. Μακάριος οὖν οὐ μὴ ἐγχρονίσας τῇ ὁδῷ τῶν ἀμαρτανόντων (23), ἀλλὰ λογισμῷ θελτίοντι πρὸς τὴν εὐσεβῆ πολιτείαν μεταπηδήσας. Δύο γάρ εἰτιν ὁδοὶ ἐναντίαι ἀλλήλαις· ἡ μὲν πλατεῖα καὶ εὐρύχωρος, ἡ δὲ στενὴ καὶ τεθλιμμένη. Καὶ δύο ὁδηγοί, ἐκάτερος πρὸς ἐκυθὸν ἐπιστρέψειν (24) ἐπιχειρῶν. Ἐχει οὖν ἡ μὲν λεῖα ὁδὸς καὶ πρανῆς (25) ὁδηγὸν ἀπατηλὸν, διάμονα πονηρὸν, δι' ἡδονῆς πρὸς τὴν ἀπώλειαν τοὺς ἐπομένους ἐπισυρόμενον· ἡ δὲ τραχεῖα καὶ ἀνάντης ἄγγελον ἀγαθὸν, διὰ τῶν ἐπιπόνων τῆς ἀρετῆς πρὸς τὸ μακάριον

A Exempli causa, dormis, tempus te fugit; vigillas, et agitas aliquid mente; nihilominus tamen vita, etiam si non sentiamus, absumitur. Omnes ergo ad propriam quisque metam properantes, curseum quendam currimus, quamobrem sumus in via omnes. Hoc etiam modo viam intelligere possis. In hac vita viator es; omnia transeunt, post tergum tuum relinquuntur omnia. Plantam, herbam, aquam, aut quidvis aliud aspectu dignum in via vidisti: paullum oblectatus, mox præteris. Rursus in lapides, convales, precipitia, scopulos et palos, aut etiam in feras, in animalia repentina, in spinas, et in aliud quodvis infortunium incidisti: postquam es paullum afflictus, mox ista reliquisti. Vita est ejusmodi: neque ejus deliciæ neque molestiae constanter per severant. Tua non est hæc via, neque tuæ sunt res præsentes. Inter viatores, simul ut primus pedem movit, huic proximus infert gradum, et post hunc alter qui sequitur.

5. Velim autem attendas, num etiam vitæ casus sint assimiles. Hodie tu colisti terram, cras alter, post hunc colet et alius. Vides agros hos et domos sumptuosas? Quoties singula, ex quo existunt, nomen jam mutavere! Dicebantur hujus esse, postea ipsis impositum est nomen alterius, ad alium transierunt, tum demum alterius esse dicuntur. Nonne ergo vita nostra via est, alio tempore alium excipiens, et in qua sibi invicem succedunt omnes? Beatus itaque qui in via peccatorum **95** non stetit. Illud autem, Non stetit, quid sibi vult? Dum in prima adhuc consistimus ætate, nec improbi, nec virtute prædicti sumus (ea enim ætas habitus utriusque capax non est); sed posteaquam ratio nostra perfecta est atque cumulata, tunc sit quod scriptum est: At cum venisset mandatum, peccatum revixit, ego autem mortuus sum²⁹. Oriuntur enim malæ cogitationes, quæ ex carnis cupiditatibus in animis nostris generantur. Nam re ipsa ubi venit mandatum, hoc est, boni honestique judicium, si cogitationem pejorem non vicerit, sed a pravis affectibus animum in servitatem redigi siverit: revixit quidem peccatum, mens vero peccatis interempta moritur. Beatus igitur, qui in via peccatorum non immoratus est, sed saniore consilio ad piam conversationem se recepit. Duæ namque sunt viæ inter se contrariæ: una lata et spatiosa, altera angusta et coarctata. Duo etiam sunt viæ duces, quorum uterque viatorem ad se attrahere conatur. Plana quidem et declivis via habet fallacem ducem, malum dæmonem qui eos qui se sequuntur, in interitum per voluptatem trahit: aspera vero et ardua via, bonum angelum, qui sequaces suos por la-

²⁹ Rom. VII, 9.

(19) Editi ἐπειγόμενοι. At mss. quatuor ἐπειγόμενος.

(20) Sic editio Basil. cum tribus mss. Illud, καὶ σκόλοφιν, in editione Paris. desiderabatur.

(21) Sic mss. quatuor. Editio Paris. ὄνόματα, φύσις.

(22) Sic mss. plurimi. Deest οὖν in ed. tione Paris.

(23) Reg. secundus τῶν ἀμαρτωλῶν.

(24) Nostra editio Paris. ἐπιστρέψειν. At mss. ἐπιστρέψειν.

(25) Editio utraque Basil. et Paris. ὁδὸς καὶ πλατεῖα καὶ πρανῆς. Brevius mss. ὁδὸς καὶ πρανῆς.

boriosa virtutis exercitia ad beatum finem perducit. Dum igitur quisque nostrum puer est, praesentes persequitur voluptates, neque habet ullam temporis futuri rationem, neque curam: jam autem vir factus, post iudicij perfectionem, videre sibi videtur vitam in virtutem et vitium divisari; atque oculis animi in utrumque saepe conjectis, proprietates utriusque inter se aequaliter diversas esse judicat. Et quidem peccatorum vita ostendit cunctas praesentis saeculi voluptates: justorum vero vita, sola futuri aevi bona commonstrat. Et certe salvandorum via quanto pulchriora pollicetur futura, tanto laboriosiora exhibet praesentia: voluptaria autem et impura vita non in posterum exspectandas, sed jam praesentes delicias proponit. Itaque veragine laborat anima omnis, atque titubantibus cogitationibus agitatur: cum quidem secum revolvit aeterna, eligit virtutem, cum vero respicit ad praesentia, voluptatem praesert. Hic bonam corporis habitudinem conspicit, ibi carnis servitutem: hic ebrietatem, ibi jejunium: hic caebianos immundicos, ibi plurimas lacrymas: hic saltationem, illuc precationem: hic libias, illuc gemitus: hic scortationem, illuc virginitatem. Quoniam igitur quod vere bonum est, id duntaxat ratione per fidem comprehendendi potest (longe enim abest, nec vidi oculos, nec auris audivit⁴⁰), peccati vero suavitatis promptam, et per omnes sensus fluentem voluptatem habet; idecreso beatus, qui propter voluptatis illecebros non deductus est ad interitum, sed spem salutis exspectat per patientiam, ac in utraque via secernenda viam ad deteriora ducentem non capit.

6. VERS. 1. *Et in cathedra pestilentiae non sedit.*
Num illas dicit cathedralas, in quibus nostra corpora quieti damus? Ecqua est ligui cum peccato societas, ut cathedralam a peccatore praeoccupata tanquam exitiale fugere debeam? Nonne firmam ac stabilem in vitii approbatione moram **96** cathedralam dici nobis putandum est? Quod caveamus oportet, propterea quod studiosa in peccatis mora habitum quemdam qui vix excuti potest, in animis ingenerat. Vix enim sanatur inveteratus animi morbus, malique exercitatio tempore confirmata: imo vero sanari omnino non potest, si consuetudo in naturam transeat, id quod plerumque evenit. Optandum igitur fuerit, ut ne attingamus malum. Attamen secunda superest navigatio, ut statim post experientiam illud tanquam bestiae venenatae plagam declinemus, secundum Salomonem de improba muliere scribentem: *Ne injicias oculum tuum in eam, sed resili; ne moreris*⁴¹. Et vero quosdam novi, qui per

A τέλος τοὺς ἐπομένους ἄγοντα. "Εως μὲν οὖν νήπιός ἔστιν ἔκαστος ἡμῶν, τὸ ἐν τῷ παρόντι ἥδυ διώκων, οὐδεμίαν τοῦ μέλλοντος κηδεμονίαν ποιεῖται· ἀνὴρ δὲ ἥδη γενόμενος, μετὰ τὸν ἀπαρτισμὸν τῶν ἐννοιῶν, οἶον ὅρῳ δοκεῖ τὸν βίον αὐτῷ σχιζόμενον πρὸς ἀρετὴν καὶ κακίαν, καὶ πυκνὰ (26) πρὸς ἑκάτερον τὸ δύμα τῆς ψυχῆς μεταστρέψων, παράλληλα κρίνει τὰ ἔκατέρω προσάντα. Καὶ δὲ μὲν τῶν ἀμαρτωλῶν βίος πάντα δείχνυται τὰ τοῦ παρόντος αἰώνος τερπνά· δὲ τῶν δικαίων, μόνα ὑποφαίνεται τοῦ μέλλοντος ἀγαθά. Καὶ ἡ μὲν τῶν σωζομένων ἁδὸς ὅσον καλὸν ὑπισχύεται τὰ μέλλοντα, τοσοῦτον ἐπίπονα παρέχεται τὰ παρόντα· δὲ ἦδος καὶ ἀκόλαστος βίος οὐχὶ προσδοκῶμέντην εἰς ὕστερον, ἀλλ' ἥδη παροῦσαν προτείνεται (27) τὴν ἀπόλαυσιν. Ἰλιγγιᾶς οὖν πᾶσα ψυχὴ, καὶ μετοκλάζει τοῖς λογισμοῖς, ὅταν μὲν ἐνθυμηθῇ τὰ αἰώνια, τὴν ἀρετὴν αἱρουμένη, ὅταν δὲ ἀποβλέψῃ πρὸς τὰ παρόντα, τὴν ἥδοντὴν προτιμῶσα. Ωδὲ βλέπει σαρκὸς εὔπάθειαν, ἐκεῖ δουλαγωγίαν σαρκός· ὃδε μέθην, ἐκεῖ νηστείαν· ὃδε γέλωτας ἀκρατεῖς, ἐκεῖ δάκρυον δαύιλές· ἐνταῦθα δργησιν, κακεῖ προσευχὴν· αὐλοὺς ὃδε, κάκεῖ στεναγμούς· ὃδε πορνείαν, κάκεῖ παρθενίαν. Ἐπεὶ οὖν τὸ μὲν ἀληθινῶς ἀγαθὸν λογισμῷ ληπτόν ἔστι διὰ πίστεως (μακρὰν γὰρ ἀπώκισται, καὶ δψθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὐς οὐκ ἤκουσε), τὸ δὲ τῆς ἀμαρτίας ἥδυ πρόχειρον ἔχει καὶ διὰ πάστης αἰσθήσεως φέουσαν τὴν ἀπόλαυσιν· μακάριος δὲ μὴ περιτραπεῖς ἐκ (28) τῶν τῆς ἥδονῆς δελεασμάτων πρὸς τὴν ἀπώλειαν, ἀλλὰ δὲ ὑπομονῆς τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας ἀπεκδεχόμενος, καὶ ἐν τῇ ἐκλογῇ τῶν ὁδῶν ἔκατέρων μὴ ἐπιθέεις τῆς ὁδοῦ ἀγούσης ἐπὶ τὰ χεῖρονα.

B 6. Καὶ ἐπὶ καθέδρας λοιμῶν σύκη ἔκάθισεν. Ἄρα ταῦτα· λέγει τὰς καθέδρας, ἐφ' οἷν ἀναπαύομεν ἡμῶν τὰ σώματα; Καὶ τίς ἡ ἀπὸ τοῦ ξύλου (29) πρὸς ἀμαρτίαν μετάδοσις, ὥστε με τὴν ὑπὸ τοῦ ἀμαρτωλοῦ προκαταληφθεῖσαν καθέδραν ὡς βλαβερὸν ἀποφεύγειν; Ἡ νομίζειν ἡμᾶς χρὴ καθέδραν λέγεσθαι τὴν ἑδραίαν καὶ μόνιμον ἐν τῇ ψήσει τῆς κακίας διατριβήν; Ὁ φυλακτέον τοῦ, διότι τὸ φιλοπόνως προσδιατρίβειν ταῖς ἀμαρτίαις ἔξιν τινὰ δυσκίνητον ταῖς ψυχαῖς ἐμποιεῖ. Παλαιωθὲν γὰρ πάθος ψυχῆς, καὶ κακοῦ μελέτη χρόνῳ βεβαιωθεῖσα δυσίατός ἔστιν, ἢ καὶ ἀνίατος παντελῶς, εἰς φύσιν, ὡς τὰ πολλὰ, τοῦ ζήουσας μεθισταρένου. Εὐχῆς μὲν οὖν ἀξίον μὴ προσάψασθαι τοῦ κακοῦ. Δεύτερος δὲ πλοῦς, εὐθὺς μετὰ τὴν πεῖραν ὥστε περισσότερον πληγὴν ἀποφεύγειν, κατὰ τὸ γεγραμμένον παρὰ τοῦ Σολομῶντος περὶ τῆς γυναικὸς τῆς φαύλης, ὅτι Μὴ ἐπιστήσῃς σὸν δύμα πρὸς αὐτὴν, ἀλλ' ἀποπήδησον μὴ ἐγχρονίσῃς (30). Νῦν δὲ οἶδα τινας ἐν νεότητι πρὸς τὰ τῆς σαρκὸς

⁴⁰ i Cor. ii, 9. ⁴¹ Prov. ix, 18.

(26) Pro πυκνά legitur in aliquibus mss. πυκνόν.

(27) Edit. προτείνει. At mss. non pauci προτείνεται.

(28) Sic mss. plurimi. Vocula ἐξ in editis desideratur.

(29) Editi ἀπὸ Σύλου. At mss. ἀπὸ τοῦ ξύλου.

(30) Editio Paris. μὴ χρονίσῃς ἐν τῷ τόπῳ. Sed illud, ἐν τῷ τόπῳ, in editione Basil. et in nosris sūx mss. deest. Ex quo sit, ut ex Bibliis additum suisse credi merito possit. Et hoc notandum, pro χρονίσῃς legi in editione Basil. et in aliquot mss. ἐγχρονίσῃς.

